

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Infernus g  
cum fonte primo

Gehenne ignis cum sit corporeus ut in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur nec lignis nutritur, sed creatus semel durat inextinguibilis et succensione non indiget et ardore non caret.

Gregorius libro XX. moralium.

At contra  
gehennae ignis, cum sit corporeus, et in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur nec lignis nutritur, sed creatus semel durat inextinguibilis, et succensione non indiget, et ardore non caret.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 15, 29 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.770, ll.6-10).